

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

SEP TIMVS

aduersus herillum: de appetitione .ii. antiquitatum: de diis: de gigantibus: de hymenæo: de poeta: de officio. iii. de consilio: de gratia: exhortatorius: de uirtutibus: ars amatoria: de honore: de gloria: de ingenio: de gorgipo: de inuidia: de amore: de libertate: politicus: de consilio: de legibus: de iudicando: de instituto: de oratione. iii. de fine: de honestis: de actibus: de scientia: de regno: de amicitia: de symposiis: quod eadem sit uirtus uiri & fœminæ: quod sapiens sophista: de usu duo *Διατριβών*: de uoluptate: de propriis ambiguis: de dialectica: de modis: de prædicamentis. Hæc ab illo scripta sunt. Moritur autem hoc modo. Tumuit illi ac putruit gingiua: medicis autem interdicitibus biduum toto cibo abstinuit atq; in tantum conualuit ut medici illi oēs consueta permitterent. Ea illū licentia minime usum fuisse: sed & contra sine cibo perstitisse dicentem iter iam sibi confectum esse: atq; ita inedia cōsumptum exhalasse animam. Cum ut quidam uolunt zenonis aquasset annos audissetq; illum annos. xviii. lusimus & nos ad hunc sic.

Laudo cleanthem: sed magis laudo ditem.

Non est enim passus senem cum uidisset.

post hac remissionem habere cū tantum haussisset in mortalibus uitæ tēpus ut prædiximus post zenonem audiuit & sphærus bosporanus qui cum in liberalibus studiis multū profecisset alexandriam & ptolemæū philopatera se cōtulit. Orto autē sermone aliquando de opinatione sapientis. Sphæroq; illum negāte opinari uolens illū rex arguere mala punica carea iussit apponi. Sphæro autem decepto exclamauit rex fallaci illū dicens consensisse phantasiæ. Ad quem sphærus prompte ac parate sic respondens ait consensisse se non esse ea mala punica: sed probabile esse mala punica esse. Differre autē comprahensibile phantasiā a probabili. Mnesistrato se accusanti cur ptolemæum non dixit regē esse. At inquit eiusmodi cū sit regem quoq; esse ptolemæum dico. Scripsit autē ista uolumina: de mundo duo: de elementis fœminis: de fortūa: de minimis aduersus atomos: & simulacra: de sensibus: de heracliti. v. diatribis: de morali instituto. de officio: de appetitione: de perturbationibus duo: de regno: de laconica rep. de lygurgo & socrate tres: de lege: de diuinatione: dialogos amatorios: de eretriacis philosophis: de similibus: de diffinitionibus: de habitu: de his quibus contradicitur. iii. de oratione: de diuitiis: de gloria: de morte: artis dialecticæ. ii. de prædicamentis: de amphibologiis: Epistolas.

Chrysippus.

Chrysippus appollonii filius solensis siue tarsensis: ut alexāder in successione ait: discipulus cleanthis fuit. prius hic lōga exercitatione emēsa Zenonis siue cleanthis ut diocles & plurimi tradunt auditor fuit: a quo adhuc uiuente recessit: nec in phia mediocris fuit uir ingeniosus ac acutissimus in oī genere orōnis adeo ut in plarīsque dissentiret a Zenōe atq; a cleanthe ipso: cui sæpenūero dicebat solius se dogmatū doctrinæ indigere. Nā pbatiōes